

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|--|--|
| <p>Leonardi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Munderphei paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electore Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis ratis Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Epistola Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v Alberto Voite dicitur.</p> <p>XXIX. Festschii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Baronem de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de exemptione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyfelio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyfelii &.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cram.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Jo. Josenlii XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Copenii Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XL. Christiani Vopleri.</p> <p>XLI. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLII. M. Copenii Gratiani. Tunc in Magisterio.</p> <p>XLIII. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLIV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLV. Apocryporum Politicorum sigula.</p> <p>XLVI. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVII. M. Pucneri.</p> <p>XLVIII. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|--|--|

Ec. 11



ORNATISSIMO ET DO-
CTISSIMO IUVENI

D^{no}: IOHANNI COPPENIO
SERVESTANO ANHALTINO

Doctoratus Philosophici Hono-
rem, qui vulgò Magisterij titulus
appellatur

I N


CELEBERRIMA AC PERVE-
TUSTA ELECTORALIS PALA-
TINATUS, QUÆ EST HEIDEL-
BERGÆ, ACADEMIA

ANNO 1611.

Pridie Calendar. Martij

Consequuto

Gratulantur Professores & Amici.



HEIDELBERGÆ,

TYPIS Johannis Lancelloti, Acad. Typog.

clō Iō c XI.

*Ornatissimo
et doctissimo
Dno. Johanni
Coppenio
Magistro
Philosophici
Honoris
Magisterij
titulus
appellatur*

SAPIENTIA MORTALES
ÆTERNOS REDDIT.

לאדם אשר קצר ימים
יש זכרה תמיה בין חכמים
על חכמה רבה לעלומים:

Ωκύμορον βίον ὄντα ἀπάσης ρύσαιτο λήθης
Ἡ σοφίη, ψυχῆς μένον ἐσθ' ἀγαθόν.

JOH. BALTHASAR BAUMBACH.

Handwritten notes in the bottom left corner, including the name 'Baumbach' and other illegible text.





IN HONOREM
MAGISTRORVM SEPTEM
ARTIUM LIBERALIUM SEPTEM
gratulatur

M. JOHANNI COPPENIO
CHRISTOPHORUS JUNGNITIUS.

SEPTENA cœli sidera Musici,
Quos nunc Minervæ nunc Arabum pater
CHRISTMANNUS æternat, DECANUM
Sceptringero præeunte LOSSUM:
Sex cur rotatis solibus abstinet
Mens æviterna & dædala septimo?
Septem universum cur Planetæ
Astrivagi moderantur orbem?
Cur septimestris matris in alveo
Motumq; sensumq; accipit integrum
Propago? Septena triumphat
Theulogiæ liber almus æra?

A ij.

Septena quare Luna reciproco
 In macrocosmo, nec minus artuum
 In microcosmo, perq; venas
 Perq; *μείδη* dominatur æstu?
 Cur sex præactis millibus annuis
 Æterna Tempe divitis Insulæ
 Regnanda restant? cur dierum
 Sabbathata? Septima cur arista?
 Cur Jubilæus? Quam tibi phœbicam
 Propono Sphynge Oedip Apollini,
 Hæc est COPENI, pol per annos
 Materies meditanda septem.
 Est, gloriosi militis æmulus
 Cum Pyrgonices forte quis impetu
 Diffusse primo cuncta rerum
 Se putat ingenij machæra.

ANAGRAMMA.

JOHANNES COPPENIUS SERVESTANUS ANHALTINUS.
 EN PINNÆ PASSU CENSU VENIT ARTIS HONOS LAUS.

Evolutio:

Lauripotens nuper Pimplæum Phœbus ut agrū,
 COPPENI vidit sedulitate coli.

Vt quoq;

Vt quoq; Pieridum sacraria celsa subiisse
 Ipsum & Gorgoneo labra rigare lacu,
 Protinus hoc factum miratus Apollo Minerva
 Infit & Ausonio sic ait ipse choro:
 Heus generosa cohors divini Heliconis alumna,
 Deliciaq; mea gloria vera, decus;
 Quis novus hospes adest hic sacra palatia lustrans
 Nostra simul vigilax arvaq; leta colit?
 Ecquis & hoc bifido Parnassi è monte liquorem
 Tam sitiente sacrum sedulus ore bibit?
 Nunc agite o Dryadum praeasta caterva Dearū
 Huic viridi è lauroserta parate viro.
 Insuper & Clarios illi diducite fontes
 Amplius ut nostros hauriat inde lacus,
 Promeruit siquidē hāc virtutis & ARTIS honorā
 Mercedem, quam non segnis inersq; capit.
 Sed petite ut nostro posthāc Helicone moretur
 Premia quo stūij nobiliora ferat.
 Nec mora Thespiades cæpère assurgere Phæbo,
 Illius ut peragant jussa verenda Dea.
 Fallor an hocce die hac Tibi laurea, IANE, merēti
 Serta Magisterij mittit Apollo Pater?
 Sic sic Pegasea EN PINNÆ VENIT ARTIS HONOS LAUS
 PASSU, Iane tuum condecoratq; caput.

A iij.

Sic sic Phœbeo EN CENSU VENIT ARTIS HONOS LAUS.

Nominis istud ait ceu μετὰ γέγραπτα τῷ.

Macte novo titulo & gratus celebrato IHOVAM

His Te qui ditat, dulcis amice, bonis.

EMERICUS REGIUS PECZELIUS
Ungarus S.S. Th. St.

ALIUD.

STrenuus ut miles, pugnat qui fortiter armis,
Præmia præteriti magna laboris habet:
Haud aliter JANE, in castris qui nocte dieq;
Certasti Aonidum, digna brabeja capis.
Hæc sunt ista quidem Virtutis præmia; gnavis
Non pravis doctus quæ dat APOLLO Viris.
Hic est iste Gradus: sunt ista hæc nomina: doctos.
Queis ornant meritò clara Lycea NICRI.
Macte novo Titulo: sinuosa volumina JURIS
Vt cœpsti, assiduâ volve, revolve manu.
Alma Themis summâ cinget quoque tempora
Lauru;
Si mea verba lubens pondus habere finas.

J. C.

ALIUD

A L I U D.

AN ne tibi digitus gemmis auroq₃ refulget?
 Atq₃ tuas cingunt laureaserta comas?
 Sisteris in summa Sophia de more Cathedra?
 Ritè Magisterij latus honore cluis?
 Et merito: tanto COPPENI es munere dignus
 Ingenioq₃ tuo premia digna capis.
 Quem vidi rigidos saepe exantlasse labores,
 Insomnes noctes quemq₃ tulisse patet.
 Crescat honos, posthac maneat nomenq₃ decusq₃
 IANE tuum semper: mente animoq₃ precor:

Contubernali suo suaviss: gratulabundus f.

GEORGIUS SCHREMBCHEN
 Weinheimensis, A. B.

A L I U D.

IRatos habeam DEOS DEASQUE
 Omnes, SMINTHEA, GRATIASQUE *h. o.*
 Triplices, & eam, ore quæ diserto
 Nos concepta animi docet profari;
 Nec non Aonij accolas fluenti
 Natas MNEMOSYNES, pati queo si

Vt non

Ut non Hendecasyllabo minuto
 COPPENI, ô animi lubido nostri,
 Hanc, qua tempora sunt tua impedita
 Lauro, grater, & ominatione
 Lætâ prosequar. Ast quis ille nôbis
 Qui aurem vellicat? atq; lampada istam
 Tradendam tibi commonet? Patrem ipsum
 Phœbum glabra cuticula ora circum
 Esse significat. Quid iste? solum hoc
 Qui te ut dignum ait esse honore: Sic te
 Solum dicit idoneum esse honores
 Qui versu memores tuos. Sat est mi
 Mirari ingenij beatioris
 Dotes, & tacito bene ominari
 Voto. Cætera tu Deusq; curet.

Boni ominis ergò & amoris f.

JOH. LE. WEIDNERUS.



*Id 4212.
8.*

ULB Halle 3
002 391 589


So

Me
1017



